



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

12. De variis sancti Stephani miraculis. Item de Patronia clariß. fœmina per eundem martyrem curata, deque superstiosa annuli cuiusdam gestatione, & miraculo circa annulum patrato.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

*Augustinus ibidem de variis S. Stephani miraculis:
item de Peironia clariss. femina per eundem mar-
tyrem curata, deq; superstuitosa annuli cuiusdam
gestatione, & miraculo circa annulum parvulo.*

CAP. XII.

SI miracula sanitarum, ut alia taceam, modo velim scribere, quæ per hunc martyrem, id est gloriosissimum Stephanum, facta sunt in Colonia Calamensi, & in nostra, plurimi conficiendi sunt libri: nec tamen omnia colligi poterunt: sed tantum de quibus libelli dati sunt, qui recitarentur in populis. Id enim fieri volumus, cum videremus antiquis similia diuinarum signa virtutum etiam nostris temporibus frequentari: & ea non debere multorum notitiæ deperire. Nondum autem est biennium, ex quo apud Hipponem regnum coepit esse memoria, & multis quod nobis certissimum est non datis libellis, de ijs, quæ mirabiliter facta sunt, illi ipsique dati sunt ad septuaginta ferme numerum peruenierant, quando ista conscripsi. Calamæ verò, ubi & ipsa memoria prius esse coepit, & crebrius dantur, incomparabili multitudine superant. Vbi etiam, quæ Colonia Vticæ vicina est, multa præclara per eundem martyrem facta cognouimus: cuius ibi memoria longè prius, quam apud nos ab Episcopo Euodio constituta est: Sed libellorum dandorum ibi consuetudo non est: vel potius non fuit: nam fortasse nunc esse iam coepit.

cepit. Cum enim nuper illic essemus, Pa-
 troniam clarissimam foeminam, quae mirabiliter
 ex magno atque diuturno, in quo medicorum
 adiutoria cuncta defecerant, languore sanata
 est: hortati sumus volente supradicti loci Epi-
 scopo, ut libellum daret, qui recitaretur in po-
 pulo, & obedientissimè paruit. In quo posuit
 etiam, quod hic reticere non possum, quamvis
 ad ea, quae hoc opus urgent, festinare compellat.
 A quodam Iudaeo dicit sibi fuisse persua-
 sum, ut annulum capillatio cingulo insereret,
 quo sub omni veste ad nuda corporis cingere-
 tur: qui annulus haberet sub gemma lapidem
 in renibus aduentum bouis, hoc alligata quasi
 remedio, ad sancti martyris limina veniebat.
 Sed profecta à Carthagine cum in confinio
 fluminis Bagradæ in sua possessione mansisset,
 surgens ut iter pergeret, ante pedes suos illum
 iacentem annulum vidit, & capillanam zo-
 nam, qua fuerat alligatus, mirata tentauit,
 quam cum omnino suis nodis firmissimis, si-
 cut fuerat comperisset adstrictam, crepuisse at-
 que exilliisse annulum suspicata est: qui etiam
 ipse cum integerrimus fuisset inuentus, futu-
 ra salutis quodammodo pignus de tanto mi-
 raculo se accepisse praesumpsit, atque illud
 vinculum soluens, simul cum eodem annu-
 lo proiecit in flumen. Non credunt hoc, qui
 etiam Dominum Iesum per integra virginalia
 mattis enixum, & ad discipulos ostiis
 clausis

clausis ingressum fuisse non credunt. Sed hec certe querant, & si verum inuenerint, illa credant. Clarissima scemina est, nobiliter nata, nobiliter nupta, Carthagine habitat: ampla ciuitas, ampla persona, rem querentes latere non sinunt. Martyr certe ipse, quo impetrante illa sanata est, in filium permanentis virginis credidit, in eum, qui ostiis clausis ad discipulos ingressus est, credidit. Postremo, propter quod omnia ista dicuntur à nobis, in eum, qui adscendit in caelum cum carne in qua resurrexerat, credidit: & ideo per eum tanta fiunt, quia pro ista fide animam posuit suam.

Augustinus ibidem de decem fratribus, qui maledicto matris horribili quatiebantur tremore membrorum, quorum duo ad memoriam S. Stephani venientes, oratione ibidem susa, liberati sunt.

CAP. XIII.

VNum est quod apud nos factum, non maius quam illa quae dixi, sed tam clarum atque illustre miraculum, ut nullum arbitretur Hipponensium esse, qui hoc vel non viderit, vel didicerit: nullam qui obliuisci vllatione poterit. Decem quidam fratres fuerunt, quorum septem sunt mares, tres sceminae, de Caesarea Cappadociae suorum Cuium non ignobiles: maledicto matris recentis patris eorum obitu destituta, quae iniuriam sibi ab eis factam acerbissime tulit, tali poena sum